



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

DOMINA Gebba de Pach piissima ac nobilissima foemina summa huius Monasterij benefactrix, quæ & aurea & alia preciosa ornamenta plurima dedit. Sub Ioan. Abbate XIX. viro magni ingenij & consilij, Ludouici Bauariæ Ducis Consiliario benè merito, incendio perijt Monasterium per eundem magnificè restauratum, anno Domini. 1403.

In bello Bauarico hoc Monasterium, vnà cum pagis suis miserè vastatum est; Albertus Dux Bauariæ pro restauratione ipsius dedit Teloneū, & vngelcum, vt vocant, in villa ibi, vsq; ad ipsius & successorū suorū renouationē, an. Dñi 1506. Petrus Abbas ita restituit ac instaurauit, vt eius secund⁹ fundator dici mererit, qui an. 1511. ob. reuocatio deinde facta est prædictæ concessionis. Monasterium hoc in bello Schmalcaldico bis direptum est, tam ab hostib. Cæsaris quam ab ipsis Hispanis, extra tamen Clenodia aurea & argentea vasa ac suppellectilem, meliorē, quæ ingruente bello, mandato Illustris. Ducis Bauariæ Wilhelmi piissimæ memoriæ, ad tutiora loca tempestiuè fuerant translata ac deposita.

Sepulti sunt ibi Nobiles Hinterskircher de Schönleuten.

ADDITIONES.

Monasterij Thierhaupten certum & indubitatum fundatorem agnoscimus primū Thassilonem Boior. Ducem ex Agilolfingorum familia vltimum; Thilonis Ducis ex Pipini Francorum Regis sorore filium. Tot tantaq; damna hoc ipsum Monast. ex bellis, incendiis, direptionibus passū fuit sæpius, vt quasi de nouo fundari construiq; opus habuerit; adeoq; nemini mirum videri debet, si ex veterib. monumētis parū aut pene nihil ibidē reperiat. An. D. M. D. XC. La- pis in Choro Monast. effossus est cum hac inscriptione. *Obiit Himbrico primus Abbas post nouam institutionem Gebhardi Episcopi, an. M. XXXVI.*

De Thassilone Duce Sic. post Vel. Ger. Rerum Boic. 3. R. P. Rad. de SS. Bauar. Tom. 1. p.

Abbatess huius Monasterij à Bruschio recensentur.

- I. VLINVS constit. à fundatore ipso Duce Thassilone, an. 752. al. 772.
- II. GVLIELMVS Vlini successor.
- III. MARQVARDVS ab. Madegoldus.
- IV. HAYMO post hunc aliqui. Abbatess trecentis ferme annis desiderantur.
- V. HVNIBERTVS ab. Himbrico post nouam canobij institutionem per Gebhardum Episcopū factam præsidere capit circa annum Christi 1020. ob. 1036.
- VI. HAYMO II.
- VII. ODEWINVS vel Ottouinus.
- VIII. GODESCALCVS.
- IX. ARNOLDVS.
- X. MARQVARDVS.
- XI. ERCHENBOLDVS vel Ercamboldus.
- XII. HENRICVS.
- XIII. VDALRICVS com. Fuchs præf. an. 1308.
- XIV. HENRICVS II. de Hoehstetten instaurator Canobij per incendiū collapsus, ob. an. 1353.
- XV. CONRADVS ob. an. 1366. al. 1363.
- XVI. VDALRICVS II. obiit 1372.
- XVII. ERNESTVS.
- XVIII. GEORGIVS.
- XIX. IOANNES Ludouici Bauarorum Principis consiliarius, sub quo cum incendio periisset Monasterium instauratum est id ipsum ab eo magnificè an. 1403. vel 4. ob. 1406.
- XX. VLRICVS de Luzsburg.
- XXI. IOANNES II. Bruno dictus ob. 1419.
- XXII. FRIDERICVS vixit circa an. 1455.
- XXIII. THOMAS anno 1460.
- XXIV. HENRICVS III. Neif dictus præf. ann. 1478.
- XXV. GEORGIVS alig. an. 1489. Hoc serè tempore Monasterium Administratores habuit: horū vnus sacerdos quidam de Wittelspach, alter secularis, tertius in Altemünster conuersus VValsganus de Sandzcell, quartus Cæsius Ernst Parochus de Neufkirchen.
- XXVI. IOANNES à Westernach.
- XXVII. VDARICVS de Werden præf. an. 1491.
- XXVIII. VDAL.

Metrop. Salzb. Tom. III.

mm

XXVIII. VDAL.

- XXVIII. IOANNES III. Hardlieb, dictus resignauit 1501. ob. 1505. in Regni sepulchris. huius misericordia et in egenos liberalitas celebratur.
- XXIX. PETRVS Wagner, sub quo Monasterium flammis absumptum: dispersi fratres, Abbas annis duobus exilii rediens cepit quae potuit rescire. ob. 1511.
- XXX. LEONARDVS Greff ob. 1533.
- XXXI. IOANNES IV. cognomine Rumpfhart. Monasterium ad bonum statum redegit. ob. 1458.
- XXXII. IOACHIMVS Gendr Faucensis. annis quinq. prof. rem. auxit. maiora animo conceperat, quae mors prematura antenuerit, et successori reliquit. ob. an. 1553.
- XXXIII. BENEDICTVS Gaugenrieder prof. an. 44. primus infula donatus à Clemente VIII. P. M. ob. an. 1597. feria sexta. 77. optabat.
- XXXIV. CASPARVS successit. sub quo templum parochiale S. Georgij eleganter extructum est. prof. annis 22. an. 1619. in Adventu Abbatiam resignauit in capitulo.
- XXXV. IOANNES Pleib im Haus, Abbati Casparo subrogatus, paucis vixit mensibus.
- XXXVII. IOANNES Nagl elig. die vigesima prima mens. Iulij an. 1620. cui fauere numen,

Ex M. S. S. Petri Vvagneri Abbatis
collectaneis,

Anno 1504. die Philippi. et Iacobi Dux Rupertus occupauit oppidum Tiesburg et abstulit omnem substantiam in pecuniis et aliis quae ibidem habebantur.

Die 24. Maij, Dux Rupertus occupauit ciuitatem Rain., et compulit fratres meos ac rusticos sibi jurare, et se abnegare, et spoliari Monasterium Schönfeld, idem facturus Monasterio meo, mihique scribi fecit, ut Abbatiam renunciarem, et agerem privatam vitam cum fratribus. Sed per Ducem Albertum mihi commissum est, transferre me Augustam ibidemque manere donec sedaretur negotium.

Anno Domini 1504. die 8. Iunij. Stipendiarij Ducis Alberti in Fridtberg et Aichach cum ciuibus nonnullis subito Monasterium adorti icibusq. bombardarum portas ac muros deiicientes, propter continuas molestaciones atque incensarum rusticorum meorum, penè omnia iumenta abigentes, ad Fridtberg secum ducebant. De Monasterio abegerunt ad 700. circiter oves, 27. Vacca, 50. scrophas, 60. capras, et 32. equos.

Anno 1505. 7. Augusti comburitur totus fere pagus Thierhaupten, domus nempe 82. ac omnia Monasterij aedificia exceptis stabulis duobus, Fruges ad 500. Schobert et 100. plaustra feni, in vnum locum comportata idem ignis asumpsit. Milites enim circiter mille quingenti ex pagis Sueuicia, Augusta et Werdea traiecto, Lico passim omnia populabantur, ac tandem in hunc locum venientes diripuerunt et incenderunt. Causa, erat haec: Tum alias saepe, tum hoc ipso die summo mane, Duce Arbogasto de Kruttenstein capitaneo in Rhain rustici Thierhauptani tot excursionibus vexati pradam plurimam ex vicinis Sueuorum pagis trans Licum agentes in Monasterium introduxerunt. Interim Capitaneo partem suam abigente, rustici in Monasterio suam relinquebant, donec hostes aduenerent, qui mox tanto numero venientes omnia incenderunt. Monasterium ipsum hoc tempore non orationis domus, sed praeconum locus fuit.

Hic de nocte, anno 1504. ipso festo Natiuitatis Mariae rustici mei trans flumen Licum circiter 150. equos compertos trans villam ad siluam minauerunt, quos rustici Sueuici in magno numero insequentes, dum consequi non possent, Monasterium intrantes, in illud, quae se vlciscentes, ipsum cum Ecclesia, domo abbatiati, ac omnibus locis conuentualibus incendentes, villam concremauerunt. remansit quae solaturris cum quatuor campanis, aliis tribus quae in Choro pendebant igne resolutis. Remansit et quaedam parua adicula murata et statulum vnum. Porro diuinis. Eucharistia Sacramentum manibus Laicorum vix de igne ereptum atque in fabricam portatum ibidem super incudem per noctem stetit.

Anno 1506. primo Aprilis, hic inssu Principum Petrus Abbas Monasterio restitutus est, per Nobilem virum Michaelcm Riederer, reuolutis penè duobus annis exilij sui.